LEY XXXIV. — Quales pecados son menores.

Menores pecados, e veniales (1) son, quando alguno come, o beue, mas que non deue, o fabla, o calla mas que le conuiene, o quando responde asperamente al pobre que le pide la limosna. Otrosi, quando alguno es sano, e non quier ayunar el tiempo que ayunan los otros; pero si lo fiziesse en desprecio de Santa Eglesia, seria pecado mortal: o si viene tarde a la Eglesia, por sabor de dormir: o si yaze con su muger sin intencion de fazer fruto, o por el debdo que ha de fazer, si por auentura ella lo quisier, e el pudiere: o si non fuer a visitar los que yacen en la carcel, o a los enfermos, podiendolo fazer. Otrosi, si sopiere que algunos estan en desacuerdo, e malquerencia, e non quisiere poner paz entre ellos, o auenencia, si pudiere: o si fuesse mas aspero, que non le conviene a su Christiano, esto se entiende, si fuer renzilloso, o brauo de compañia, o de mala palabra, a su muger, o a sus fijos, o a los otros que con el biuieren: o si falagare, o enseñare a alguno mas que non deue, mayormente algun poderoso, por le fazer plazer, o poniendole algun bien que non aya en el, o acresciendole por palabra aquel bien que ha, en mucho mas de lo que es; esso mismo seria, si lo fiziesse por miedo, o por premia. Otrosi, pecado venial es, dar a los pobres comeres muy adobados: o dezir palabras de escarnio en algun logar, en que non ha pro ninguno, e mayormente si las dize en la Eglesia, que es fecha para rogar a Dios en ella: o si jura por escarnio, o por juego, e non por verdad, e non cumple (2) lo que juro: o si maldize alguno con liuiandad, e sin recabdo; ca de todas estas palabras sobejanas, e de las otras semejantes dellas, es tenudo de dar razon el dia del juizio; e segun la Scriptura dize (3), que los maldicientes non auran el Reyno de Dios, si non fueren quitos por las cosas que manda Santa Eglesia, estos son, por perdon, o enmienda que fagan.

LEX XXXIV. — Ponit de peccatis venialibus, quæ sunt minima peccata, quæ et qualia sint. Hoc dicit.

(1) *Veniales.* Sumptum est ex dictis Augustini, de quibus 25. distinct. §. *alias*, versic. *quæ autem sunt minima peccata.*

(2) *E non cumple.* In dicto §. sic habetur: «si dum incautè jura»mus, et eum hoc propter aliquam necesitatem implere non pote»rimus».

(3) *Dize.* 1. ad Corinth. cap 6. v. 9.

LEY XXXV. — Como embarga el casamiento al Clerigo, que non pueda ser Obispo, nin otro Perlado mayor.

Embargado seyendo alguno por razon de casamiento, o por qualquier de las maneras que dize en esta ley, non puede ser Obispo. E esto seria (1), como si ouiesse auido dos mugeres virgines (2) a bendiciones, o una biuda, o que non fuesse virgen (3) quando el casasse con ella, maguer nunca ouiesse seido casada: fueras si el mismo (4) la ouiesse auido ante virgen: o si ouiesse seydo casado con dos mugeres, que fuessen atales con quien non deuia de derecho casar (5), o seyendo casado con vna, con quien podria casar de derecho, e desque muriesse aquella, casasse con otra, con quien non lo pudiesse fazer; o si siendo biua la primera, se caso con otra, esto es, porque mostro que auia voluntad de casar, o porque complio el casamiento, quanto en el fue, e non finco por el. Esso mismo seria, si alguno casasse con muger, que cuydasse que era virgen, e non lo era; o seyendo casado con aquella que ouiesse virgen, fiziesse ella adulterio, e despues ouiesse el que ver con ella, sabiendolo (6). Otro tal seria, si algun Clerigo fuesse casado con virgen, ante que fuesse ordenado, e despues que se ordenasse, cassase (7) con otra muger, con quien lo non pudiesse fazer de derecho, ca dende adelante non se puede ordenar, nin ser Obispo: o si alguno ouiesse entrado en Orden auiendo fecho profession, segund mandasse su Regla, e despues saliesse della, e casasse (8) con virgen o con otra, ca dende en adelante non podria ser Perlado, nin rescebir Ordenes. Otrosi, non puede ser elegido para Obispo, el que fuesse casado, si primeramente non entrasse su muger en Orden (9), faziendo profession, e recebiendo el velo.

LEX XXXV. — Declarat dictum Apostoli, cum dixit unius uxoris virum, et bigamus non potest eligi in Episcopum: est autem bigamus qui cum duabus virginibus, sive de facto, sive de jure contraxerit, si cum utraque matrimonium consummavit: item contrahens cum vidua, vel corrupta, etiam si credat eam virginem, si cum ea matrimonium consummavit, nisi talis corrupta ante matrimonium, ab eo fuit deflorata: item, etsi contraxerit cum unica et virgine, si illa posteà adulterium commisit, et scienter se illi post adulterium carnaliter copulavit: item qui constitutus in minoribus cum virgine contraxit, si posteà ordinetur ad majorem ordinem, et de facto contrahat matrimonium, bigamus est, neque poterit ad Episcopatum, vel ad alios ordines promoveri: idem de Religioso prefesso, qui de facto posteà cum virgine, vel vidua contraxit: neque etiam potest esse Episcopus, cujus unica virgo uxor est, nisi ipsa religionem ingrediatur, et profiteatur. Hoc dicit.

(1) *Esto seria.* Habes hic quis dicatur bigamus; vide cap. *unius*, et cap. *Acutius*; et cap. *una tantum*, cum aliis, 26. dist. et Glos. in cap. 2. *de bigam.* et vide de his Hostiens. in summa, *de bigam.* versic. *quis dicatur*, et versic. *quot sunt species.*

(2) *Ouisse auido dos mugeres virgines.* Iste dicitur propriè bigamus, 31. quæst. 1. cap. *aperiant*; et intelligas, si cum utraque fuerit matrimonium consummatum, non alias, ut in cap. *debitum*, *de bigam.* et in cap. *Valentino*, 34. dist. quia solus contractus matrimonii cum secunda, vel cum vidua non inducit bigamiam, ut notant Doct. ex illo cap. *Valentino*, in §. *præmissis*, ead. dist.

(3) *Non fuesse virgen.* Vide cap. *maritum*, 33. dist. et cap. *debitum*, et cap. *à nobis*, *de bigam.*

(4) *El mismo.* Adde Glos. in cap. *qualis*, 30. quæst. 5. et in cap. *debitum*, *de bigam.* Innoc. post Glos. in cap. *sanè*, *de cleric. conjug.* ubi dicit, istam esse communem opinionem, vide etiam Cardin. Præpos. Alexandr. in cap. *nemo*, 32. dist.

(5) *Non deuia de derecho casar.* Concordat cap. *christiano*, 34. dist. et 31. quæst. 1. cap. *quomodo virginibus;* cap. *gaudemus*, *de divort.* et cap. *nuper*, *de bigam.*

(6) *Que ver con ella sabiendolo.* Nota hanc legem declarantem ea, quæ habentur in cap. *si cujus*, 34. dist. et approbat opinionem illam, quam aliqui tenuerunt, quòd requiratur scientia adulterii in viro cognoscente uxorem adulteram; et reprobat opinionem Hostiens. et aliorum in summa, tit. *de bigam.* versic. *quot sunt species*, qui indistinctè intelligunt dict. cap. *si cujus*, quòd efficiatur bigamus vir, qui cognoscit adulteram, etiam si ignoranter eam cognoverit, quod etiam affirmat Præpos. Alexandr. 50. dist. in summa, col. 5. versic. *quare soluta est quæstio;* æquior videtur alia opinio, quam ista lex approbat; sed contraria est communior, imò quòd sit bigamus, etsi ignoranter uxorem adulteram cognoscat; et ita tenet Joan. Andr. in cap. 2. *de bigam.* post Hugon. Laud. Raimun. et Gofred. in summa, tit. *de bigam.* et Abb. antiquum, et Pet. Movetur Joan. Andr. ex eo, quòd non quæritur de vitio ordinandi, quo casu requireretur scientia, sed de defectu sacramenti, quod etiam ignorans potest pati: et idem tenet Abb. in cap. *si vir*, *de adult.*

(7) *Casasse.* Vide cap. *nuper*, *de bigam.*

(8) *E casasse.* Adde cap. *quotquot*, 27. quæst. 1.

(9) *En orden.* Videtur intelligi si esset juvenis uxor; nam si senex, et non suspecta de incontinentia, sufficere quod castitatem promitteret, ut notat Glos. ubi vide Abb. in cap. *conjugatus*, *de convers. conjug.* Sed dic, et melius, quòd in Episcopo non adhibetur ista distinctio, et non potest ad Episcopatum conjugatus promoveri, nisi ejus uxor religionem ingrediatur et profiteatur, ut in cap. *sanè*, *de convers. conjug.* ubi vide rationem specialitatis per Abb. post Hostiens.

LEY XXXVI. — Que los Perlados deuen ser mesurados en el comer, e en el beuer.

Mesurado (1) deue ser aquel que eligieron para alguno de los Perlados mayores en comer, e en beuer, e en guardarse de comer mucho ademas, e beuer de manera que torne en beodez, porque este es vno de los mas estraños pecados (2) que en el pueden ser. Ca por el desconosce ome a Dios, e a si mismo, e a todas las otras cosas que ay son, mas ayna que por otro. Ca segund dixeron los Sabios antiguos, el vino es carrera que aduze a los omes a todos los pecados (3). E por ende, la primera cosa de que el Perlado deue ser vedado, es esta. Ca derecho es que el que ha de dar consejo a muchos, que siempre aya su seso apercibido. Onde si alguno dellos, desque lo amonestaren de este yerro, non se quisiere castigar, deuele vedar su Mayoral de oficio e beneficio (4). E otrosi, el comer a demas es vedado (5) a todo ome, e mayormente al Perlado, porque la castidad non se puede bien guardar (6), con muchos comeres e grandes vicios. E por esto dixeron (7) los Santos, que non conuiene aquellos que han de predicar la pobreza, e la cuyta que sufrio nuestro Señor Jesu Christo por nos en este mundo, que lo fagan con las fazes bermejas, comiendo e beuiendo mucho. E aun sin todo esto naturalmente del mucho comer nascen grandes enfermedades (8), de que mueren los omes ante de su tiempo, o fincan con alguna lision.

LEX XXXVI. — Sobrius debet esse electus, cavens à crapula et ebrietate, quia per eam Deum, et seipsum non cognoscit: temperet se etiam in cibis, quia eorum superfluitas destruit castitatem, et minuit vitam, neque est honestum facie rubicunda è ciborum superfluitate prædicare verbum Dei. Hoc dicit.

(1) *Mesurado.* Adde 1. ad Timoth. cap. 3. v. 3. et 35. dist. *per totum.*

(2) *Estraños pecados.* Nota contra vicium ebrietatis; et tunc ebrietas est peccatum mortale, quando quis benè advertit potum esse immoderatum et inebriantem, et tamen magis vult ebrietatem incurrere, quam à potu abstinere, secundum Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 150, artic. 2.

(3) *Pecados.* Cui væ, cujus patri væ, cui risæ, cui fovæ, cui sine causa vulnera? Cui suffossio oculorum? Nonne his, qui commorantur in vino, et student calicibus epotandis? Proverbior. cap. 23. v. 30. Et omnium vitiorum fomes, et nutrix est ebrietas, et ubi cœpit cibus, ibi finis factus est mundi, 35. dist. cap. *ante omnia*, et cap. præced.

(4) *De oficio e beneficio.* Vide in cap. *à crapula*, *de vita et honestate clericorum*, et in cap. *Episcopus*, 35. dist.

(5) *Es vedado.* Ebrietas et voracitas æqualiter prohibentur; unde Apostolus: *non in commessationibus et ebrietatibus*, 44. dist. §. 1. et cap. 1.

(6) *Guardar.* Ubi ebrietas, ibi libido dominatur, et furor, cap. *venter*, 35. distinct.

(7) *Dixeron.* Vide in cap. *Ecclesiæ principes*, 35. dist.

(8) *Enfermedades.* Adde l. 2. tit. 5. et l. 6. tit. 7. 2. *partit.* Abundantia morbos facit, molestias ingerit, ægritudines generat, consumit, et computrescere facit corpus humanum, macerat ægritudine diuturna: et tandem (sicut Galenus, vir doctissimus, et Medicorum facilè Princeps, Hyppocratis interpres ait) tales non sanos esse judicandum est, neque vivere posse diu: ait etiam Hyppocrates in Aphorismis, tales in paralysin, et pessimorum morborum genera erumpere, nisi citò quæ impleverint, ablatione sanguinis minuantur, *de consecrat.* dist. 5. cap. *ne tales*, et cap. præced. Et acies rationis hebetatur ex immoderatione cibi et potus, Gregorius 31. *Moral.* et S. Thom. 2. 2. quæst. 148 articul. 6. et procedit hebetudo sensus circa speculabilia ex gula: et Chrysostom. super *Homil.* 21. dicit, quòd sacietas, tum corporis robur, tum animi minuit fortitudinem; quòd si medicos percontaberis, omnium prope morborum causas inde ortas invenies; vilis, tenuis, et simplex mensa bonæ valetudinis mater est.

LEY XXXVII. — De las cosas que el Perlado deue ser sabidor.

Sabio (1) e entendido deue ser el Perlado, e señaladamente en estas tres cosas. La primera, en la Fe, porque sepa enseñar (2), como saluen sus almas aquellos que le son dados en guarda; e por eso ha de saber de la Divinidad. La segunda, ha de ser sabidor en los saberes que llaman artes (3), e mayormente en estas quatro. Asi como en Grammatica (4), que es arte para aprender el lenguage del latin. E otrosi en Logica, que es sciencia que demuestra departir la verdad de la mentira. E avn en la Rethorica, que es sciencia que demuestra las palabras apuestamente, e como conuiene. E otrosi en Musica (5), que es saber de los sones, que es menester para los cantos de Santa Eglesia. E por estas razones sobredichas touieron por bien los Santos Padres, que las sopiessen los Perlados, porque son muy prouechosas a los que las saben. Ca los mueuen a fazer obras de piedad, a lo que ellos son tenudos. Mas los otros tres saberes (6), non touieron por bien los Santos Padres que se trabajassen ende los Perlados mucho de lo saber. Ca maguer estos saberes sean nobles, e muy buenos quanto en si non son conuenientes a ellos, nin se mouerian por ellos a fazer obras de piedad; assi como predicar e confessar, e las otras cosas semejantes, que son tenudos de fazer por razon de sus oficios. La tercera cosa de que los Perlados deuen ser sabidores, es en las cosas temporales (7), para saber bien gouernar sus Obispados, e mantener sus pueblos.

LEX XXXVII. — Doctus debet esse electus in fide, ut sciat eam docere; item et in artibus Grammatica, Logica, Rethorica et Mussica; de aliis liberalibus artibus non est curandum; item peritiam habere debet rerum temporalium. Hoc dicit.

(1) *Sabio.* Ignominiosum est Episcopo, si ab aliis quærat doceri, cum ipse alios docere debeat, ut in authent. *de sanctissimis Episcopis*, §. *damus*: 36. dist. cap. *qui Ecclesiasticis*, §. *ecce*: 1. quæst. 1. cap. *vilissimus*: 8 quæst. 1. cap. *licet.*

(2) *Enseñar.* Scientia sacræ scripturæ requiritur in Episcopo, 36. distinct. §. 1. et cap. 1. per totum, hoc ad subditorum animas informandas, 36. dist. cap. 2. et §. *ecce*, et cap. *si quis.*

(3) *Artes.* Sapientia sæcularium scripturarum requiritur etiam in Episcopo, 37. dist. cap. *legimus*, §. *sed è contra*, et cap. *turbat*, *acumen*, ut per eas instruatur discernere verum à falso, et viam habeat ad scienciam pietatis, sed non addiscat ad delectationem, vel voluptatem, 37. dist. §. *cum ergo.*

(4) *Grammatica.* Vide 37. dist. cap. *si quis artem.*

(5) *Musica.* Hujus scientia non est substantialis multum in Episcopo, ut habetur in dicto cap. *si quis artem*; sed ista lex tantum dicit respectu cantus Ecclesiæ, et bene stabit Episcopo, si ad hoc Musicam sciat.

(6) *Otros tres saberes.* De Geometria, Arithmetica, vel Astronomia, ut in dicto cap. *si quis artem.*

(7) *Cosas temporales.* Vide 39. dist. per totum.

LEY XXXVIII.—Que los Perlados deuen ser castos e vergonçosos.

Castos e vergonçosos deuen ser los Perlados en dicho, e en fecho. Ca aquellos que con sus manos han de consagrar el cuerpo de nuestro Señor Jesu Christo, e lo han de recebir en si mismos, e han de dar los Sacramentos de Santa Eglesia, mucho conuiene que ayan en si castidad e limpiedumbre. Otrosi, deuen auer verguença; ca si la ouieren, siempre se guardaran de fazer pecado, e de dezir lo que les esta mal. E en razon de la castidad, dixo (1) Salomon, que fue Rey e Propheta, estas palabras que pertenescen a la Eglesia: Fermosas son tus mexillas, como tortola: porque esta aue guarda mas castidad (2), que otra que sea. E de la verguença dixo nuestro Señor Dios a los fijos de Israel en la vieja Ley (3), que fiziessen sus hijos vergonzosos; porque se ouiessen a guardar de pecado, e de mala estança. E Sant Hieronymo fablando de la verguença, dixo (4), que es señal de fidalguia, e que se leuantaua al que la ha de nobleza de coraçon, pues que por ella dexa de fazer, e dezir cosa que mal le este; e porende tiene, que es peor a los Perlados, quando algund yerro fazen, que a los otros omes.

LEX XXXVIII.—Castus debet esse Prælatus verbis et factis: item et verecundus, qui semper caveat à peccatis: et adducit testimonia ex sacris libris utriusque virtutis. Hoc dicit.

(1) *Dixo.* Canticorum. 1. v. 9.

(2) *Castidad.* Pudica avis est turtur, et conversatio ejus non cum multis, sed solo degere fertur contenta compare; ita, ut si illud amiserit, alterum non requirat, sed sola deinceps conversetur: Bernard. super *Canticis*, serm. 4.

(3) *En la vieja Ley.* Levitic. 19. v. 3. *Unusquisque patrem suum, et matrem timeat.*

(4) *Dixo.* Vide eum, tomo 1. fol. 107. b. et tom. 3. fol. 398. b. Bernad. super *Cantic.* serm. 87. et *in libr. de ordin. vitæ*, col. 1. et 2.

LEY XXXIX.—Que los Perlados deuen ser apuestos.

Apuestos manda Santa Eglesia que sean los Perlados. E esto en dos maneras. La primera, dentro en si mismos. E la otra, de fuera. E la que es en si mismos, se departe en dos maneras (1). En buenos pensamientos, e en buenas costumbres. E la que es de fuera, es departida en quatro cosas, en comer, en beuer, segund que es dicho de suso; e otrosi, en habito, e en su contenente. E el habito entiendese por muchas cosas, assi como en vestir; ca deuen traer sus paños cerrados (2) e non cortos, nin traygan manga cosediza (3), nin çapato a cuerda, nin frenos, nin sillas, nin pretales colgados, nin dorados, nin espuelas doradas, nin fagan otras sobejanias ningunas, nin traygan capas con mangas, fueras ende si cambiassen su abito por miedo que ouiessen: nin otrosi non deuen traer bronchas, nin cintas con feuillas doradas. E aun touo por bien Santa Eglesia, que non andouiessen menos de con camisa Romana (4) sobre los otros paños, fueras si algunos ouiessen ante seydo Frayles (5) o Monges; ca estos atales non deuen dexar su habito. E otrosi deuen traer los mantos atachonados o presos adelante, en señal de honestad; pero esto deuen fazer de manera que non aya ypocresia: e otrosi deuen traer coronas grandes (6), e los cabellos tan cortos, que les parezcan las orejas (7): e esto fue establescido en señal del Reyno (8) de Dios que esperan auer, do seran coronados si fizieren lo que deuen. Ca assi como los Reyes han de gouernar los homes en las cosas temporales, assi lo han ellos a fazer en las espirituales, e por esta razon los llama la Eglesia, Rectores: e por las rasuras que traen en sus cabeças, se da a entender que deben raer de sus voluntades los sabores deste mundo, e dexarse de las cosas temporales, e tenerse por abondados, solamente que ayan que comer, e que vestir (9) en su contenente. E otrosi deuen ser apuestos, andando (10) en buena manera e honesta, segund que les conuiene. Ca naturalmente las semejanças, e los contenentes que los omes muestran de fuera en sus fechos, fazen entender quales son sus voluntades, e todas sus obras.

LEX XXXIX.—Electus esse debet ornatus interiùs et exteriùs. Interiùs per bonos mores et cogitationes. Exteriùs, in essu et potu, habitu, gestu et incessu, in vestibus honestis, cessante hypocrisi, cum camisia romana super veste, quando non es monachus; capillis tonsis, ita ut aures appareant, et habere oportet coronam magnam in signum coronæ Regni Dei. Hoc dicit.

(1) *Dos maneras.* Prosequitur dicta Apostoli 1. ad Corinth. cap 3. v. 19. et Hostiens. in summa, *de tempor. ordin.* versic. *sexta regula.*

(2) *Paños cerrados.* Adde cap. *clerici*, *de vita et honest. cleric.*

(3) *Manga cosediza.* De his, et aliis vide in dict. cap. *clerici.*

(4) *Camisa Romana.* Quæ vulgo *Roquete* dicitur: vide de hac in dicto cap. *clerici*, versic. *Pontifices.*

(5) *Frayles.* Vide in dicto cap. *clerici*, versic. *Pontifices.*

(6) *Coronas grandes.* Vide in dicto cap. *clerici*, versic. *coronam*, et vide bonam glossam *in Clement.* 2. in verbo, *tonsuram*, *de vita et honestate cleric.*

(7) *Las orejas.* Vide cap. *non liceat.* §. 1. 23. dist.

(8) *Señal del reyno.* Vide cap. *duo sunt*, 12 quæst. 1. Hostiens. in summa, *de vita et honestate, cleric.* versic. *et in quibus.* col. 1.

(9) *Que comer, e que vestir.* Habentes alimenta, et quibus tegamur, his contenti simus, 1. ad Timoth. cap. ultim. v. 8. et Genesis cap. 28. v. 20. S. Jacob. *Si dederit* (inquit) *mihi Dominus panem ad manducandum, et vestimenta, quo operiar;* vide cap. *clericus*, 12. quæst. 1.

(10) *Andando.* Adde §. 1. 41. dist. ubi traditur illud de incessu Catilinæ, de quo Sallustius: *Incesus ejus modò citus, modò tardus* notans inconstantiam exteriorem ad probandam interiorem.

LEY XL.—Que los Perlados deuen ser ospedadores.

Ospedadores (1) deuen ser los Perlados (2) de los pobres. Ca assi lo establescio Santa Eglesia, que fuessen las sus casas, como Ospitales (3), para rescebirlos en ellas, e darles a comer. E los Apostoles mismos començaron a fazer esto (4). Ca las cosas que les dauan comunalmente a todos, o a cada uno por si, ayuntauanlo en uno, e tomauan dello lo que les era menester para vestir, e para su gouierno, e todo lo que les sobraua, dauanlo a los pobres. E porende los Santos Padres touieron por bien, que todo quanto sobrasse a los Perlados de las rentas de la Eglesia, demas de quanto les abondasse a ellos, e a sus compañas (5), que lo diessen a los pobres (6). Ca non podrian ellos bien amonestar los otros, que fiziessen limosnas, si quando viniessen a sus casas los que ouiessen mengua, cerrassen sus puertas, e non los quisiessen recebir; mas deuenlos acoger, e facer el bien que pudieren. Ca si los vnos rescibiessen, e los otros echassen, a las vezes acaesceria, que echarian a los buenos, e receberian los malos. E porque Abraham

e Loth rescebieron comunalmente a todos los que vinieron a posar con ellos, quiso Dios, que ouiessen por huespedes a los Angeles (7). E si estos alguno desecharan, por auentura podieran yr los Angeles, que eran huespedes celestiales, con los desechados. Onde aquellos que lo pueden complir, non han de facer departimiento entre los pobres, dando a los vnos, e non a los otros. Pero algunos ay, que por menester que han, o por su trabajo, podrian ganar de que biuiessen ellos, e otros, e non lo fazen, ante quieren andar por casas agenas gouernandose. E a estos tales por mayor derecho tiene Santa Eglesia de les tirar (8) el comer, que gelo dar; pues que ellos dexan de lo ganar, podiendolo fazer, e non quieren, ante tienen por mejor de lo hauer por arloteria. Mas si acaesciesse que estos atales fuessen tan cuytados, que estouiessen como para morir de fambre (9), non auiendo consejo ninguno, non deuen dexar de fazerles algo, porque non se pierdan, maguer que sean malos. Ca assi como es merced de les tirar el comer, por el engaño que facen; otrosi seria grand crueleza, de los dexar morir de fambre. E non tan solamente deuen los Perlados ser ospedadores, mas avn han de fazer limosnas (10) a los que ouieren menester, e mayormente a los que son pobres vergonzosos.

LEX XL.—Prælatus debet esse hospitator pauperum, et necessaria eis ministrare, et eleemosynas mendicantibus, maximè verecundis, erogare, Apostolorum exemplo, qui victu et vestitu contenti, cætera pauperibus ministrabant. Hoc dicit.

(1) *Hospedadores.* Vide 1. ad Timoth. cap. 3. v. 2. et 42. dist. in summ.

(2) *Los Perlados.* Et etiam alii clerici sæculares tenentur ad hospitalitatem, textus cum glossa in cap. *de monachis*, *de præbend.* quod Abb. ibi post. Innocent. intelligit ad solitam, et juxta vires facultatum. Non enim tenentur omnes recipere, et posteà mendicare. Sed primò subveniendum est servitoribus, cap. *de his*, *de eccles. ædific.* item reparanda est priùs Ecclesia. cap. *pastoralis*, *de his quæ fiunt à prælatis*, in princ. Ex aliis redditibus poterit teneri hospitalitas; et intelligit Abb. nisi esse tanta proximi necessitas, quòd fame moreretur, tunc eidem est subveniendum; quia etiam Ecclesia tenetur vendere bona, etiam si sint vasa Ecclesiæ, 12. quæst. 2. cap. *aurum*.

(3) *Como hospitales.* Adde 16. quæst. 1. cap. *quoniam*; et 85 dist. cap. *Archidiaconum.*

(4) *Á fazer esto.* Vide *Actuum*, cap. 4. in fine, et cap *dilectissimis*, 12. quæst. 1. cap. *illi.*

(6) *A ellos, e a sus compañas.* Intellige de expensa decenti, secundum conditionem status sui et dignitatis, quia quibusdam dignitatibus competit habere majorem familiam, quàm aliis, ut in cap. *cum Apostolus*, *de censib.* ubi taxari videtur ista familia; et dicit Abulens. Matth 6 quòd imò, etsi haberent majorem aliquantulum familiam, quàm eam de qua in dicto cap. *cum Apostolus*, licitum esset, quia liberiùs potest clericus expendere de fructibus beneficii sui, quàm recipere sumptus ab Ecclesiis, quas visitat; et hoc si videtur conveniens secundum conditionem dignitatis, et conditionem regionis, in qua vivunt, potest etiam secundum eum Prælatus invitare aliquos, et facere honesta et moderata convivia amicis suis, et etiam aliquibus extraneis, ex causa honesta. Et quia judicium istorum consistit in particularibus, non potest dari regula determinata, quantum liceat clericis expendere de fructibus beneficiorum suorum; sed prudentia, et conscientia singulis est regula, et in his in aliquo excedere, fieri potest absque bonæ fidei detrimento, quia non potest homo in talibus punctualiter accipere illud quod fieri oportet; si verò sit multus excessus, reprobatur, secundum Sanctum Thom. 2. 2 quæst. 185. artic. 7.

(6) *Que lo diessen a los pobres.* Vide cap. *quoniam quidquid*, 16. quæst. 1. et cap. 1. 12. quæst. 3. et cap. *illi*, 12. quæst. 1. et cap. *nulli Episcoporum*; et 1. quæst. 2. cap *pastoralis*: cap. *clericos*, 1. quæst. 2. cap. *clericus qui*, et cap. *duo*, 12. quæst. 1. et 10. quæst. 2. cap. *Episcopus*, vide etiam Innoc. in cap. *indecorum de ætate et qualitate*, qui dicit idem, quod in ista lege, quòd clericus potest convertere fructus beneficii sui in victum et vestitum suum, et necessitates Ecclesiæ, et id quod superest, debet pauperibus erogare. Et ex hoc videtur quòd cum ista lex Partitarum emanaverit post omnia dicta jura, et alia, per quæ de reditibus Ecclesiarum jubentur fieri quatuor partes: una pro Episcopo, alia pro Ecclesia, tertia pro ministris Ecclesiæ, quarta pro pauperibus, ut in cap. *concesso*, et cap. *Vulleranæ*, et cap. *quatuor*, 12 quæs. 2 per Glos. in cap. *unio*, 10. quæst. 3. per Abb. in cap. *cum contingat*, *de decim.* quòd si Episcopus malè disponat in illicitos usus, vel superfluos, id quod in parte sua est asignatum, vel alius clericus malè expendat fructus beneficii, quod peccet, et teneri debeat ad restitutionem faciendam pauperibus, de suo pauperibus tantumdem erogando; et ita in specie tenuerunt Archid. et Dominic. in summa, 44 dist. Felin. in cap. *postulasti*, num. 6. *de rescript.* et in cap. *de quarta*, num. 33. *de præscript.* et Alexandr. de Ales. 3. part. quæst. 36. memb. 5. Ricard. in 4 *sententiar.* dist. 45. artic. 3. quæst. 1. Gabriel. in 4. dist. 15. quæst. 8. Arch. Florent. 3. part. tit. 15. c. quæst. 1. §. 19. Joan. Major, 4. dist. 24. dist. 17. dicens hanc esse communem opinionem. Petrus de Palud. in 4. dist. 24. quæst. 3. artic. ultim. et sanct. Bernard. super *Cantic. serm.* 23. col. penult. sic ait: Timeant clerici, timeant ministri Ecclesiæ, qui in terris sanctorum quas possident, tam iniqua gerunt, ut stipendiis quæ sufficire debeant minimè contenti, superflua, quibus egeni sustentandi forent, impiè sacrilegèque sibi retineant, et in usus superbiæ, atque luxuriæ victum pauperum consumere non vereantur, duplici profectò iniquitate peccantes, quia et aliena diripiunt, et sacris in suis vanitatibus et turpitudinibus abutuntur: et idem Bernard. in Epistola 42. col. 3. «Clamant (inquit) pauperes nos»trum est quod ef unditis, nobis crudeliter substrahitur, quod ina»niter expenditis»: et idem in Epistola 2. dicit: «Denique quidquid »præter necessarium victum, ac simplicem vestitum de altari retines, »tuum non est, rapina est, sacrilegium est»: inquit etiam B. Hieronimus, et habetur 44. dist. in summa: «Tibi, ò sacerdos, vivere de »altari permittitur, non luxuriari.»

Dicit etiam Archidiac. in cap. *statum*, §. *assesorem*, *de rescript.* lib. 6. hæreticum esse, de jure canonico dicere, quòd clerici liberè faciant fructus suos; et si alicubi reperiatur, quòd dicantur domin. fructuum, intelligi debet, quoad fidelem dispensationem fiendam, prout superiùs est dictum, allegat quod habetur in cap. *omnino*, 31. dist. et cap. *studeat*, 50. dist. et 44. dist. in princ. versic. *sacerdos*, cum ibi notatis, et 10. quæst. 2 cap. *Episcopus*, et 12. quæst. 3 cap. *Episcopus*; et secundum hoc Episcopi qui largè excedunt, faciendo majorias in consanguineos de fructibus prælaturæ, et faciendo consanguineos divites, malè faciunt, et teneri videntur ad restitutionem: unde Glos. in cap. *pervenit*, 1. quæst 3. dixit, quòd Episcopi sunt cæci circa nepotes; et dicit Bald. in l. *in tantum ff. de rerum divis.* quòd Prælati ex parvo ædificio faciunt arces nepotibus suis: et istam partem tenet etiam Abb. in cap. fin ad finem, *de pecul. cleric.* et latissimè in repetit. cap. *cum esses*, *de testam.* colum. 9. et 10. ubi tenet illam opinionem, quòd clerici non faciunt fructus beneficiorum suos, ut de illis possent liberè disponere, sed quod sunt usuarii, quæ fuit opinio multarum glossarum, quas et ipse ibi refert: et ibi latè impugnat opinionem contrariam Glos. in cap. *præsenti*, *de offic. ord.* lib. 6. et quòd nulla sit differentia inter beneficiatum habentem administrationem, vel non habentem: et dato, quòd opinio Glos. in dicto cap. *præsenti*, foret vera in Episcopo (de quo est quæstio, cum habeat administrationem, ut in cap. 2. *de donat.* Glos. in cap. *tuæ*, in verbo, *ut ipsos*, *de clericis non residentibus*, et ibi Innoc.) etiam secundum opinionem dictæ glosæ, decisum est, quòd non posset inmoderatè donare in vita, et quòd æquiparatur usufructuario in vita, ut possit disponere de fructibus, dummodò moderatè id faciat, per id quod habetur in cap. *cæterum*, et in cap. *fraternitatem*, *de donation.* et in morte equiparatur usuario, quia non potest testari de fructibus, licèt per viam elemosynæ possit aliquid elargiri de eis, ut in cap. *ad hæc*, et cap. *relatum*, et 2. *de testam.* et ista fuit opinio Hostiens. in cap. fin. *de peculio clericorum*, distinguentis inter clericum habentem administrationem, vel non habentem, quam Doctores dicunt communiter servari de consuetudine, et in Prælato habente administrationem; tenet etiam Joan. de Imol. ibi col. fin. Dominicus etiam in dicto cap. *præsenti*, ubi declarat, qui dicantur habere administrationem, et qui non.